

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Beantwortung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Quibus rebus cognitis Caesar iubet milites qui extra munitiones processerant pabulandi lignandique aut etiam muniendi gratia quique vallum petierant quaeque ad eam rem opus erant, omnes intra munitiones minutatim modesteque sine tumultu aut terrore
 5 se recipere atque in opere consistere. equitibus autem qui in statione fuerant, praecipit ut usque eo locum optinerent in quo paulo ante constitissent, donec ab hoste telum missum ad se perveniret. quodsi propius accederetur, quam honestissime se intra munitiones reciperent. alii quoque equitatu edicit
 10 uti suo quisque loco paratus armatusque praesto esset. atque haec non ipse per se coram, cum de vallo prospicere, sed mirabili peritus scientia bellandi in praetorio sedens per speculatores et nuntios imperabat quae fieri volebat.

animadvertibat enim quamquam magnis essent copiis adversarii
 15 freti, tamen saepe a se fugatis pulsus perterritisque et concessam vitam et ignota peccata; quibus rebus numquam tanta suppeteret ex ipsorum inertia conscientiaque animi victoriae fiducia ut castra sua adoriri auderent. praeterea ipsius nomen auctoritasque magna ex parte eorum exercitus minuebat auda-
 20 ciam.
 tum egregiae munitiones castrorum atque valli fossarumque altitudo et extra vallum stili¹ caeci mirabilem in modum consiti sine defensoribus aditum adversariis prohibebant: scorpionum catapultarum ceterorumque telorum quae ad defendendum solent
 25 parari, magnam copiam habebat. atque haec propter exercitus sui praesentis paucitatem et tirocinium praeparaverat, non hostium vi et metu commotus patientem se timidumque hostium opinioni praebebat. neque idcirco copias quamquam erant paucae tironumque, non educebat in aciem quod victoriae suorum dif-
 30 fideret, sed referre arbitrabatur cuiusmodi victoria esset futura;
 turpe enim sibi existimabat tot rebus gestis tantisque exercitibus devictis, tot tam claris victoriis partis, ab reliquis copiis adversariorum suorum ex fuga collectis se cruen-
 35 tam adeptum existimari victoriam.
 itaque constituerat gloriam exsultationemque eorum pati, donec sibi veteranarum legionum pars aliqua in secundo com-
 meatu occurrisset.

¹ stilus hier: spitzer Pfahl

II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Bestimmen Sie genau und ausführlich Modi und Syntax in den Zeilen 14-20!
2. Bestimmen Sie Form und Etymologie der Wörter minutatim und modeste in Zeile 4!
3. Bestimmen Sie die Form consiti in Zeile 22!